



# Boletín Oficial

## DEL Obispado de Osma

(SEDE VACANTE)

Año LXV. 27 DE OCTUBRE DE 1924. Núm. XIX

SUMARIO: El Ilmo. Sr. Vicario Capitular (S. V.) delicado de salud.—S. Congregatio S. Officii: Monitum.—Id. Decreto Condenando la Obra «L'esperienza etica dell' Evangelio»—S. C. de Sacramentos: Carta a los Ordinarios de Italia sobre la facultad de celebrar Misa al aire libre.—S. C. del Concilio: Romana et Aliarum. De fatalibus ad recurrendum.—Dirección General de Seguridad: Circular contra los libros inmorales.—Conferencias morales y litúrgicas.—Certamen Científico en Honor de Santo Tomás de Aquino en el VI Centenario de su Canonización.

## La salud del Ilmo. Sr. Vicario Capitular (S. V.)

El Ilmo. Sr. Vicario Capitular, que hace unas tres semanas se vió obligado a guardar cama a consecuencia de un nuevo ataque de pulmonía, aunque vencido el peligro inherente a esta clase de dolencias, sigue todavía algo delicado de salud, por lo que no pudiendo corresponder por carta, como fuera su deseo, a cuantos de dentro y fuera de la Diócesis se han interesado por su estado, expresa a todos por medio de las presentes líneas el íntimo y sincero afecto de su más reconocida gratitud.



## S. S. Congregatio Sancti Officii

### MONITUM

Declaratione die 31 maii anni elapsi per *Acta Apostolicae Sedis* (vol. XV, pag. 356) evulgata Suprema haec Sacra Congregatio Sancti Officii fidei morumque integritati tutandae praeposita, fideles monitos voluit, ex inquisitione peracta super factis quae Patri Pio Petralcina, Ordinis Minorum Capuccionorum, in conventu loci vulgi *San Giovanni Rotondo*, Fodianae dioecesis commoranti, communiter tribuebantur, nihil de praetensa eorum supernaturalitate colligi potuisse; ac fideles ipsos hortabatur ut in propria agendi ratione huic declarationi se conformarent.

Hausitis nunc, ex pluribus, ac tutis fontibus, aliis informationibus, eadem Suprema Sacra Congregatio muneris sui esse ducit gravioribus verbis fideles denuo adhortari, ut a praedicto Patre, devotionis causa, invissendo et a quavis cum eo, etiam epistolari, relatione favenda prorsus abstineant.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 24 iulii 1924.

*Aloisius Castellano.*

Supremae S. C. S. Off. Notarius.

### DECRETUM

DAMNATIO OPERIS: «L'ESPERIENZA ETICA DELL'EVANGELIO»

Emi. ac Rmi. Dñi. Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, in ordinario consessu habito Feria IV, die 30 iulii 1924, ad praescriptum canonis 1399, praedamnatum esse declararunt et in Indicem librorum prohibitorum inserendum mandarunt opus cui titulus: *L'esperienza etica dell' Evangelio* (Brani scelti dal Nuovo



Testamento)—Introduzione traduzione e note di Adolfo Omodeo. Bari, Laterza».

Et insequenti Feria V. die 31 eiusdem mensis et anni, Ssmus. D. N. D. Pius, Divina Providentia, Papa XI, in solita audientia R. P. D., Assessori S. O. impertita, relatam Sibi Emorum. Patrum resolutionem approbavit et publicandam iussit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 1.<sup>a</sup> augusti 1924.

*Aloisius Castellano,*

Supremae S. C. S. Off. Notarius.

---

## Sagrada Congregación de Sacramentos

---

*Carta a los Reverendísimos Ordinarios de Italia sobre la facultad de celebrar la Misa al aire libre, según las normas del canon 822 del Código de Derecho Canónico.*

Ilustrísimo y Reverendísimo Señor: Muchos ordinarios de Italia se hallan en graves dificultades acerca de la resolución que han de tomar, cuando directamente se les pide permiso para celebrar los santos misterios fuera de las Iglesias, es decir, de los lugares destinados al ejercicio del culto.

La Santa Sede, consultada sobre el caso, después de examen detenido y madura deliberación, les recuerda las consideraciones siguientes;

Es conocidísima la disciplina tradicional que hemos recibido de los Santos Padres, es a saber, que la Iglesia es el lugar destinado a la celebración de la santa Misa. Y aun hubo épocas en que no se permitía su celebración sino en las Iglesias o en los oratorios consagrados. Andando el tiempo, y debido a varias razones que



no es oportuno recordar ahora en detalle, la disciplina eclesiástica en tal materia se volvió algo más benigna. Pero del estudio de su evolución se infiere claramente que, si algunas veces fué permitida la celebración del divino Sacrificio fuera de las iglesias, restringióse siempre a casos de necesidad o por motivos exclusivamente religiosos.

Esta disciplina tradicional, confirmada por tantos Pontífices y Concilios, antiquísima y universal, recibió últimamente nueva sanción del Código de Derecho canónico, en cuyo canon 822 § 1 se establece que: «Missa celebranda est super altare consecratum et in ecclesia vel oratorio» etcétera, y además, en su § 4; «Loci Ordinarius... licentiam celebrandi extra ecclesiam et oratorium... concedere potest justa tantum ac rationabili causa, in aliquo extraordinario casu et per modum actus». De donde fácilmente se deduce que las facultades de los Ordinarios en este asunto son bastante limitadas, no pudiendo hacer uso de ellas más que en algún caso extraordinario, no sin causa justa y racional, la cual únicamente ha de inspirarse en razones altísimas del culto divino y el bien espiritual de los fieles. Procede además inculcar y practicar con la debida severidad estas normas disciplinares con el fin de elevar y purificar el sentimiento religioso del pueblo.

Está, por tanto, fuera de duda que no existiría la causa justa y racional exigida por el citado canon 822, si la celebración de la Misa fuera de la Iglesia fuese reclamada con ocasión de aniversarios profanos o para dar relieve a fiestas de carácter político: en tales circunstancias la celebración de la Misa fuera de la Iglesia está prohibida de una manera absoluta por dicho canon 822. Y esta doctrina tiene mucha mayor aplicación si se trata de celebraciones en las cuales, por su misma naturaleza, se insinuase alguna superstición o peligro para el recto sentimiento religioso o para la pureza de la fe en el pueblo cristiano.



Y no solo, en tales casos, no existiría la causa justa del Código, sino que con facilidad podría darse ocasión a desviaciones de la sana disciplina del culto católico. En estos casos el Ordinario del lugar advertirá a los interesados que no está en sus facultades conceder el permiso; pero si insistieran invocando razones especiales de lugar, tiempo o persona, él cuidará de cursar la petición a esta Sagrada Congregación de Sacramentos, a la cual toca la resolución del caso.

Lo cual tengo el honor de participar a S. I. para su conocimiento y norma de conducta.

De la Sagrada Congregación de Sacramentos, a 26 de Julio de 1924.—M. Cardenal Lega, Prefecto.—L. Capotosti, Obispo de Terme, Secretario.

## **SACRA CONGREGATIO CONCILII**

### **ROMANA ET ALIARUM**

#### **DE FATALIBUS AD RECURRENDUM**

QUAESTIO.—In remotione parochorum inamobilium, contra primum Ordinarii decretum, quo parochus significatur decisio amotionis, ad normam can. 2153 § 1, «parochus recursum *intra decem dies* interponere potest «apud eundem Ordinarium»: si autem hic, re deliberata cum duobus parochis consultoribus, censuerit a decisio non esse recedendum adversus huiusmodi definitivae decisionis decretum, ex can. 2146 § 1. «unicum datur iuris remedium, idest «recursus ad Sedem Apostolicam». Verum, utrum haec facultas recurrendi intra aliquot temporis spatium, ad modum fatalium appellationis sive proponendae sive prosequendae, vel intra aliquos alios utiles terminos concludatur, in iure cautum non



est; qua circumstantia usi sunt quidam parochi, qui, amoti, recursum re et effectu interponere per plures menses immo et annos distulerunt, postquam tamen Ordinario suo firmiter voluntatem suam recurrenti ad normam can. 2146 significassent. Quum, vero, ex § 3 eiusdem canonis, pendente recurso, Ordinarius paroeciam «vel beneficium quo clericus privatus sit, alii *stabiliter* conferre valide nequeat», facile intelligitur, collato etiam can. 454, quantum animarum bono et auctoritati ecclesiasticae detrimentum haec agendi ratio facessat. Uius rei sedula consideratione permoti, nonnulli Ordinarii nuper a Sacra Congregatione Concilii huius dubii solutionem reverenter postularunt, nimirum: «quale temporis spatium concedatur ad interponendum recursum apud Apostolicam Sedem contra definitivum decretum amotionis in causa».

ANIMADVERSIONES.— Post celebrem Constitutionem Bonifacianam *Concertationi* (c. 8, *de appll.*, II, 15 *in IV*), «ab electionibus, postulationibus provisionibus et *quibuslibet extraiudicialibus actibus* (in quibus potest appellatio interponi) quisquis ex eis gravatum se reputans, per appellationis beneficium gravamem illatum desideraverit revocari, intra decem dies (postquam sciverit), si velit, appellet: post decendum vero eidem aditus non patet appellandi». Unde ante Codicem, Ecclesiae disciplina, prout constantissima Doctorum sententia comprobatur (cfr. Scaccia, *de appell.*, q. XII, n. 105, Passerini, *Comm. in VI*, in h. tit., n. 175, 176; Schmalzgrueber, in II, 28, n. 73; Pirhing. *eod.*, sect. VI, n. 132; Bouix, *de iud.*, c. III de appell., § 9, 2) ea semper fuit quod a gravamine, sive iudiciali, sive extraiudiciali, appellatio ultra decendum non competeret. Codex vero, retenta voce *appellatio* unice de provocatione a *sententiis* iudicialibus, sive definitivis, sive interlocutoriis, vim definitivam habentibus, *recursum* appellat quamlibet aliam provocationem adversus *decreta*, sive iudicum sive Ordinariorum, ipsumque recursum in tribus



distintcis canonibus, nempe 1465 § 1, 1709 § 3, 2153 § 1, praescribit interponendum intra decem dierum spatium: in aliis autem, quodlibet tempus definire omittit. At vero, in veteri quoque disciplina, *recursus* seu *expostulatio* ad Apostolicam Sedem, ab appellatione etiam extraiudiciali videbatur distingui, non qua mera *supplicatio* ad gratiam Principis impetrandam, sed qua remedium ordinarium, loco appellationis, ex iustitia vel saltem ex aequitate competens. Ita Benedictus XIV, Const. *Ad militantis*, inhibita appellatione cum effectu suspensivo, quoad Ordinariorum decreta concernentia animarum curam quae sunt profecto extraiudicialia negotia, duo remedia gravatis ita assignavit: «vel simplex dumtaxat et »extraiudicialis *recursus* per viam supplicis libelli, ad »Nos... vel respective et iuxta causarum naturam et »qualitatem *appellatio* ad quos de iure, in solo devoluto »tivo, et sine retardatione vel praeiudicio legitimae executionis admitti possit». Qua posita differentia, non videtur recursui, praesertim ad sedem Apostolicam, aptandum simpliciter esse quod de appellatione extraiudiciali (quae per Codicem videtur sublata) vetus ius statuebat. Enimvero *recursus* ad Apostolicam Sedem magis participat de supplicatione quam de appellatione (cfr. Glossam et alios apud Reiffenst., in II, tit. 27. p. 7, n. 21); supplicatio autem, si fiat ad Principem, proponi debet intra biennium, si porrigatur iudici, intra decem dies, iux I. un. Cod. *de sent. Praefect*; ad quod accedit praaxis Sacrarum Congregationum, quae *recursus* adversus Ordinarios quotidie recipiunt, etsi longe post decemdiu productos. Ita S. C. C. in Concordiam, *Remotionis*, 20 Febr. 1897, dubio «an constet de legitima appellatione vel recursu», reposuit: «Affirmative pro *recursu*», licet, in casu, post annum circiter a decreto remotionis interposito, immo ibidem de auctoritate Rotae fuit animadversum quod «*recursus* ad Principem *numquam* »censetur interdictus, a quo quemadmodum iurisdictiones omnes fluunt, ita etiam conveniens est ut refluant».



Accedit ratio, quia, cum fatalia legis non solum partes, sed et iudicem ligent (c. 1634 § 1) absonum videtur manus Apostolicae Sedis velle ligare (cfr. can. 1569). Itaque, cum in praedictis tribus casibus Codex *recursum* intra decem diem cohibet, minime regula habetur quae, iuxta can. 20, similes casus suppleat, sed potius exceptio, cuius ratio investiganda est. Et facile haec deprehenditur quoad can. 1709 (ad superiorem iudicem) et 2153 (ad eundem), cum nempe recursus effectum *suspensivum* habeat, et hinc de appellatione potius quam de supplicatione participet. In canone autem 1465, ubi consultitur casui quo «patronus vel praesentatus intra decem dies a significatione recusationis recursum a iudicio Ordinarii ad Sedem Apostolicam interposuerit *quod pendente suspendatur collatio usque ad finem controversiae*» eadem ratio clare elucet. Nimirum cum ordinario recursus meriti examen devolvat quin provisionem suspendat, quoties contrarium accidit, appellationis regulas sequi debet, ne quod in iustitiae preasidium conceditur, in iniquitatis fomentum traducatur. Hoc ipsum criterium sapienter nuper S. C. de Religiosis secuta est in disponendo circa facultatem concessam can. 647, § 2, n. 4, Religioso dimisso recurrenti adversus dimissionis decretum, «quoad effectum *suspensivum*», ut expressis verbis in resolutione limitatur. Ex eadem norma videtur quoque proposito dubio respondendum quoad can. 2146. Licet enim recursus, in casu huius canonis, vim non habeat suspendendi decretum amotionis, eo tamen pendente, Ordinarii manus a limine — ut vidimus — adeo ligantur, ut conferre alii non possit *stabiliter*, prout oportet ex can. 454, paroeciam vel beneficium. Standum itaque in casu, etiam quoad recursum, terminis praefinitis quoad appellationem in Const. Bonifaciana: «intra decem dies *postquam sciverit*, appellet; post decem vero aditus non pateat appellandi». Quare, etc.

RESOLUTIO. — Porro, in plenariis comitiis Sacrae Congregationis Concilii, in Palatio Apostolico Vaticano habitis,



die 12 ianuarii 1924, Emmi Patres, proposito dubio: «Quale temporis spatium concedatur ad recursum interponendum a definitivo decreto remotionis, ad effectum can. 2146 § 3 Codicis iuris canonici, in casu», respondendum censuerunt: «Tempus utile ad recursum interponendum a definitivo decreto remotionis, ad effectum § 3, can. 2146 Codicis, esse decendum ab intimatione eiusdem decreti, supputandum ad normam can. 34 § 3, 3.º et can. 35: certiore facto Ordinario loci ab ipso recurrente de legitimo interposito recurso ad Apostolicam Sedem».

Quam resolutionem, referente infrascripto Sacrae Congregationis Secretario, in audientia subsequentis diei 14, Ssms. Dnus. Noster Pius div. Providentia PP. XI, approbare et confirmare dignatus est.

† Iulius, Episc. tit. Lampsacen., *Secretarius*.

---

## CONTRA LOS LIBROS INMORALES

Por la Dirección general de Seguridad se ha dirigido a sus subordinados una circular, en la que se dice:

«En vista de la gran cantidad de novelas de carácter inmoral que vienen editándose, sin ser presentadas al examen o censura de la autoridad, dando lugar con ello a una propaganda en contra de la moral pública, he dispuesto de acuerdo con la superioridad, que en lo sucesivo no se permita la venta de ninguna obra de este carácter sin que haya sido revisada y censurada en este Centro directivo, advirtiéndole que algunas llevan impreso «Revisado por la censura militar», lo que no es cierto.

Por lo expuesto, se servirá usted notificar a las casas editoriales e imprentas donde se impriman esta clase de obras, que, con la debida anticipación, presenten



dos ejemplares de ellas en la Sección de Orden público de esta Dirección, de los cuales, después de examinados, les será devuelto uno, sellado, sin cuyo requisito no podrá publicarse.

Madrid, 9 de Septiembre de 1924.

## COLLATIONES ECCLESIASTICAE

PRO COLLATIONE DIEI 30 OCTOBRI

Priapus sacerdos, qui saepius jam res aliquas benedictas, praesertim rosaria, carius propter benedictionem et indulgentias vendiderat, qui praeter dies dominicos nunquam, nisi stipendium haberet, missam celebraverat, qui stipendia supra taxam dioecesanam fere semper exegerat, qui in ludo pro pecunia missas celebrandas exponere consueverat, modo aliquod beneficium in Ecclesia Dei obtinere gestit. Quamobrem Episcopo in pastoralis visitatione, ut ejus benevolentiam conciliet maxima in pluribus sollicitudine deservit; duobus vero Regii Ministri officialibus primoribus, qui in conferendis beneficiis maximas partes habebant, uni quidem qui propter animi infensionem obstare Priapo conabatur, ut non obstaret, quingentas pesetas dedit, alteri vero, ut sibi faveret, mille, praeter efficax in comitiis popularibus adjumentum. Beneficio feliciter obtento, molitur statim cum alio beneficiario permutationem instituire; quare pacta, pro aequitativa compensatione emolumentorum, solutione sibi ab alio facienda trium millium pesetarum schedulam novi beneficii regiam consecutus, tranquillam vitam ac beatissimam requiem in posterum sibi ad mortem usque ducere proponit.

Quaeritur: Quid et quotuplex simonia? Quid in ejus definitione im portet nota rei spiritualis, temporalis et temporalis spirituali adnexi? Quale pactum, ut simonia



perficiatur, intercedere debeat? Quantum et quale peccatum sit simonia? An sit simonia dare principaliter quidem temporale ob spirituale sed non unice? An sit simonia dare temporale ad sibi conciliandum Superiorem intuitu beneficii obtinendi? An sit simonia obire functiones sacras principaliter ob stipendium, vel recipere aliquid pro doctrina sua? An sit simonia pecunia se redimere ab injusta vexatione circa beneficia obtinenda? An sit dare vel accipere aliquid pro ingressu in religionem? An simoniam committat sacerdos, qui spondet laico Missam pro exitu ludi, dum socius pretium temporale exponit? An qui pro missa stipendium exigit supra taxam? An sit simoniacum pactum privatim initum in permutatione beneficiorum, ut unus solvat omnes expensas? an se obligare ad solvendas patrono omnes expensas necessarias ad scripturam praesentationis? Quatenus sunt poenae in simoniacos latae, et earum quas incurrerit noster Priapus?

### *Quaestio Liturgica*

Si quando intra solemnem Missam consecrandus sit hostiarum parvarum pixis, et communio distribuenda, quid a celebrantibus, praesertim a diacono, sit in Missae decursu et infra communionem faciendum.—Solans n.º 1208-1223.

### PRO COLLATIONE DIEI 13 MENSIS NOVEMBRIS

Trebonius, iracundus homo, impatientia ferox, continuo Sanctissimum Dei nomen in ore habet. Sive indignatione, sive ingenii ruditate creberrime Deum, Virginem, permistim daemonem personat. Quin imo saepius in Deum ipsum, sive integra pronuntiatione vocabuli, sive ejus syllabas pervertendo, in Sanctos, in quaslibet creaturas, contumeliosa probrosaue verba blaterat, quandoque ne id quidem quod effutit animad-



vertens. In eo politiora sunt sequentia dicta: sacramenta te perdant; mille diaboli me disperdant; si Deus esset justus, haud me tantopere fastidiret; si ego Deus essem, res aliter longeque melius disposuissem.

Queritur: Quid est vana SS. Nominis Dei usurpatio? Quibus de causis quave malitia Dei Nomen soleat usurpari? An vana usurpatio Nominis Dei sit semper peccatum, et quale? An sit peccatum usurpare inutiliter nomina Sancturum? An usurpatio frequens et inutilis nominis daemonis? Quid speciatim de usitatissimis formulis dicendum? — Quid et quotuplex blasphemia? Quando quantumque constituit peccatum? Quomodo de diversis formulis judicandum? An sit blasphemia maledicere creaturis? An maledicere toti mundo, aut mortuis?

#### *Quaestio Liturgica*

Quid debeat parochus docere acolythos suos circa officium in Missa solemni thurificandi?

---

### CERTAMEN CIENTIFICO

EN HONOR DE

## SANTO TOMÁS DE AQUINO

Patrono Universal de las Escuelas Católicas

EN EL

### SEXTO CENTENARIO DE SU CANONIZACIÓN

---

#### TEMAS

1.º Examen del simbolismo y antropomorfismo teológico a la luz de la teoría tomista de la analogía. Premio de los Padres Dominicos: *tres mil pesetas*.

2.º Examen de la crítica de Kant sobre el valor de las pruebas de la existencia de Dios según Santo Tomás. Premio de los Seminarios: *mil pesetas*.



3.º Valor pedagógico de la Psicología Tomista. Premio de los Padres Escolapios: *mil pesetas*.

4.º Paralelo entre San Agustín y Santo Tomás: exposición de sus armonías y discrepancias. Premio de los Padres Jesuitas: *quinientas pesetas*.

5.º Concepto de la Teología y sistematización de las disciplinas Teológicas, Dogmática, Moral etc. Derecho Canónico e Historia Eclesiástica. Premio de otras Ordenes Religiosas: *quinientas pesetas*.

6.º El poder público y sus límites, según Santo Tomás. Premio del Excelentísimo. Sr. Subsecretario de Instrucción pública: *Colección de Láminas de la Calcografía Nacional*.

7.º Influencia del Renacimiento Teológico del siglo XVI en el desarrollo de la lengua española. Premio de la Real Academia Española: *Obras completas de Cervantes, en facsímil, de las Ediciones príncipes*.

8.º Los Dominicos en alguna Universidad de las antiguas colonias españolas. Premio de la Real Academia de la Historia: *Memorial Histórico Español*, 68 tomos.

9.º La unidad y la variedad de la ley moral y jurídica, según Santo Tomás, frente a las modernas concepciones de la Ciencia de las costumbres. Premio de la Real Academia de Ciencias Morales y Políticas: *Una colección de obras de las editadas por la Academia*.

10.º Teorías modernas acerca de la sensación en relación con la doctrina tomista. Premio de la Real Academia de Ciencias Exactas, Físicas y Naturales: *Conferencias sobre Física-matemática*, por D. José Echegaray, 19 tomos, *Libros del Saber de Astronomía del Rey D. Alfonso el Sabio*, compilados, anotados y comentados por D. Manuel Rico y Sinobas; 5 volúmenes en folio.

11.º El P. Maino, pintor dominico. Premio de la Real Academia de Bellas Artes de San Fernando: Un ejemplar de la obra *Cuadros Selectos de la Real Academia* (reproducción en grabado de las principales obras pic-



tóricas que posee la Academia, con el estudio crítico de las mismas por diferentes autores).

1.º Códices españoles de las obras de Santo Tomás. Premio de «La Ciencia Tomista»: *quinientas pesetas*.

13. Estudio de un discípulo español de Santo Tomás anterior a Victoria. Premio de la «Biblioteca de Tomistas Españoles»: *quinientas pesetas*.

14. Doctrina de Santo Tomás sobre el derecho de los padres a la educación de sus hijos. Premio de la Academia de Santo Tomás, de Salamanca: *doscientas cincuenta pesetas*.

### CONDICIONES

1.ª Todos los trabajos que concurren a este Certamen serán inéditos y escritos a máquina.

2.ª El plazo para su presentación terminará el 25 de enero de 1925.

3.ª En el primer pliego de cada uno de los trabajos que se presenten irá escrito un lema, que se repetirá en la parte exterior de un pequeño sobre cerrado, donde se habrá incluido el nombre y dirección del autor. Si contuviera el trabajo alguna nota o signo que revelara el nombre de aquél, se le considerará excluido del Certamen.

4.ª Los trabajos y sobres a que se refiere la condición anterior serán dirigidos al Secretario del Certamen Claudio Coello 114, y allí se clasificarán por los temas del Certamen, y se numerarán por el orden de entrega en la oficina.

5.ª La Junta organizadora publicará oportunamente los nombres de las personas que hayan de componer el Jurado, en el cual tendrán representación los Seminarios, las Academias y las Ordenes Religiosas.

6.ª Pasado el plazo que se establece en la condición 2.ª; el Jurado apreciará el mérito de los trabajos recibidos y resolverá si ha de concederse o no a alguno de ellos el premio correspondiente. A los autores se les no-



tificará el fallo favorable del Jurado, y, a este efecto, se abrirá el pequeño sobre señalado con el lema.

7.<sup>a</sup> Los trabajos premiados, de consentimiento del autor, se publicarán en la Biblioteca de Autores Tomistas, dando al autor 25 ejemplares.

8.<sup>a</sup> Los trabajos no premiados se devolverán a quienes los reclamen indicando el lema bajo el cual se presentaron. Si alguno de ellos, a juicio del Jurado, fuera digno de la luz pública, se publicará en la forma expresada en el número 7.

9.<sup>a</sup> El acto de la adjudicación de premios se verificará en Madrid en uno de los días del Congreso Tomista.

10. No habiendo recibido todavía respuesta de todos los Seminarios y Ordenes Religiosas sobre la contribución que para los premios se pedía, la Comisión declara que todo lo que después de la publicación de este Programa se recibiere será empleado en aumentar los premios 2.<sup>o</sup> y 5.<sup>o</sup>, o en constituir un segundo premio para los trabajos que mereciendo premio por su valor, no lo obtuvieran por haber otros que los superasen.

#### JUNTA ORGANIZADORA

*Presidente:* Exmo. Sr. Obispo de Madrid-Alcalá.

*Vicepresidentes:* D. Miguel Vegas, profesor de la Universidad Central, y el M. R. P. Luis Getino, Provincial de los Dominicos.

*Secretario:* R. P. Venancio D. Carro, O. P.

*Vocales:* D. Manuel de Sandoval, de la Real Academia Española; Excmo. Sr. Conde de Cedillo, de la Real Academia de la Historia; Excmo. Sr. D. Joaquin Fernández Prida, de la Real Academia de Ciencias Morales y Políticas; D. José María de Madariaga, de la Real Academia de Ciencias Exactas, Físicas y Naturales; D. Luis Méndez Pidal, de la Real Academia de Bellas Artes de San Fernando; D. Luis Mendizábal, Profesor de la Universidad Central; D. Eloino Nacar, Profesor



del Seminario de Salamanca; R. P. Alberto Colunga, O. P.; D. Ignacio Suárez Somonte, Director del Instituto del Cardenal Cisneros y Representante de la Asociación de Catedráticos de Santo Tomás de Aquino; D. Rafael G. Tuñón, Rector del Seminario; D. Juan Zaragüeta, de la Real Academia de Ciencias Morales y Políticas; D. Gregorio Sancho Pradilla, Profesor del Seminario de Madrid; Representantes de las Ordenes Religiosas; Excmo. Sr. D. Francisco de Francisco, General de Caballería; D. Fernando Martín Sanchez, Presidente de la Confederación de Estudiantes Católicos; P. Manuel Herbas, O. P.; P. Ricardo Vaquero, O. P.; P. Luis Urbano, Director de la Bibliotecas de Tomista; D. Luis Bermejo, Profesor de la Universidad Central.

#### COMISIÓN EJECUTIVA

D. Juan Zaragüeta, D. Gregorio Sancho Pradilla, P. Venancio Carro O. P. y D. Luis Bermejo.

#### ADVERTENCIAS

1.<sup>a</sup> La Comisión de Teología de Salamanca, iniciadora de este homenaje, ha juzgado conveniente, que se celebren en Madrid el Certamen, el Congreso y demás actos que se preparan.

2.<sup>a</sup> Oportunamente se publicará todo lo relativo a la organización del Congreso.

